

Lisga, tam a sua quam ab omnium successorum suorum regum et imperatorum donatione sine omni contradictione iure beneficiali possidere deberet. Verum quia supernominatus nepos noster Heinricus dux Bauvarie et Saxonie pretaxatum predium in Einbike situm hereditario iure nunc possidet et a prefato comite Vtone et uxore eius

5 Beatrice consanguinitatis successione originem ducere perhibetur, ex divi patris et antecessoris nostri Cūnradi imperatoris institutione, que tamquam divinum oraculum invariabilis et perennis stabilitatis meretur privilegium, nos eius vestigiis inherentes sepe dicto nepoti nostro Heinricho duci, heredi videlicet comitis Vtonis, comitatum suum et forestum in montanis Harz lege in perpetuum valitura in beneficio concessimus et omni corroborationis nostre munimine confirmavimus, ut tam ipse quam omnes

10 utriusque sexus sui heredes eadem sepe dicta beneficia, comitatum videlicet et forestum in montanis Harz, perhenni immutabilitate teneant et possideant. Quod ut verius credatur et omni evo inviolabiliter observetur, presentem inde paginam conscribi et aurea bulla nostra signari iussimus adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina

15 hec sunt: Wiemannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hartwicus Bremensis archiepiscopus, Bruno Hiltensheimensis episcopus, Albertus marchio, Fridericus dux Sueuorum, Detericus marchio, Fridericus palatinus comes de Witelinesbach et frater eius Otto iunior, Fridericus palatinus comes de Summerschuburch, comes Heinricus de Witin, comes Otto de Rabensberch, Florentius comes Hollandie, comes Bertolfus de Andehse,

20 comes Boppo de Blanchenburch et filii sui Cūnradius et Sigefridus, Lutolfus de Dassele frater cancellarii, Marquardus de Grūmbach, Luthardus de Meineresheim, Heinricus de Wida, Lupoldus de Hirzberch.

✘ Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. ✘ (M.)

Ego Reinaldus cancellarius vice Arnaldi Magontini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

25

Dat. Goslarie kal. ian., indictione VI^a, anno dominice incarnationis M^oC^oLVII, regnante domino Fridericho Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius VI^o, imperii vero III^o. (B.D.)^b

201.

30 *Friedrich verleiht dem Herzog Vladislav von Böhmen und dessen Nachfolgern das Recht, an bestimmten Festtagen einen Kronreif zu tragen, spricht den Bischöfen von Prag und Olmütz das Recht der Königskrönung zu und bestätigt dem Herzog den von dessen Vorgängern erhobenen Zins aus Polen.*

1158 Januar 18, Regensburg.

35 *Original im Staatlichen Zentralarchiv zu Prag, Kronarchiv (A).*

Balbin, Miscell. hist. Bohem. dec. I, lib. VIII, p. 3 n^o 4. — Lünig, RA. 6^b, 3 n^o 1. — Boczek, CD. Moraviae 1, 267 n^o 291 aus A. — Jireček, Cod. iur. Bohemici 1, 26 n^o 16. — Mon. Germ. Const. 1, 236 n^o 170 aus A = Weizsäcker, Quellenbuch zur Gesch. der Sudetenländer 1, 108 n^o 54. — Friedrich, CD. regni Bohemiae 1, 176

40 **200.** b) *Das Faks. in Orig. Guelficae 4, tab. 13 zu 428 bietet eine Abbildung der damals offenbar noch tadellos erhaltenen Goldbulle.*

n^o 180 aus A. — Hrubý, *Archivum coronae regni Bohemiae* 1, 4 n^o 2 aus A. *Drucke in der Pulkava-Chronik: Ludewig, Rel. manuscriptorum* 11, 272 n^o 64; Dobner, *Mon. hist. Bohem.* 3, 171 = Köhler, *CD. Lusatiae* 1, 21 n^o 10; *Font. rer. Bohem.* 5, 91. — Simonsfeld, *Jahrbücher* 1, 601. — Böhmer *Reg.* 2386. — Erben, *Reg. Bohem. et Morav.* 1, 131 n^o 295. — Dobenecker, *Reg.* 2, n^o 170. — Koss, *Archiv Koruny České* 2, 5 n^o 1 (mit weiteren Angaben über Drucke und Regesten). — Stumpf *Reg.* 3795.

Nach Vinzenz von Prag (*Mon. Germ. SS.* 17, 667) erfolgte die Erhebung des Herzogs zum König, die der böhmische Geschichtsschreiber als Kundmachung des Ergebnisses geheimer Verhandlungen bezeichnet, bereits am 11. Januar 1158. Die Urkunde darüber wurde erst eine Woche später ausgestellt, ähnlich wie man 1156 zu Regensburg das *Privilegium Minus* am 17. September ausgefertigt hatte, obgleich die feierliche Rechtshandlung, die den Streit um das Herzogtum Bayern endgültig beilegte, schon einige Tage zuvor vollzogen worden war. Inkarnationsjahr und Indiktion wurden um eine Einheit zu niedrig angegeben. — Nach Kanzleidiktat geschrieben von R.D. Die Arenga, die nicht dem Cod. *Udalrici* entstammt, sondern offenbar selbstständig formuliert ist, verknüpft in sehr charakteristischer Weise römischrechtlich-antikisierendes mit biblischem Sprachgut; zum ersteren sind Wendungen wie *tam lege naturę quam scripta, in amministrazione imperii et rei publicę* zu rechnen, zum letzteren vgl. *Anm.* 1 und 2 sowie Fichtenau in den *Mitteil. des Instituts Erg. Bd.* 18, 88 n^o 166. Auffällig ist es, daß Vladislav im Text als *dux* angesprochen wird, obwohl es in dem Bericht *Rahewins, Gesta Friderici III.*, 14 (13), ausdrücklich heißt: *ab imperatore ac imperii primis ex duce rex creatur*; er wird auch in den Zeugenlisten der Diplome von nun an selbstverständlich immer als König bezeichnet. Die Mitwirkung der Reichsfürsten, die bei der Rangerhöhung eines ihrer Standesgenossen erforderlich war und daher durch eine *sententia principum* ausgesprochen zu werden pflegte (vgl. *D.* 151), wird in unserem Diplom nicht erwähnt. Die Verleihung des Kronreifs erscheint hier vielmehr ausschließlich als kaiserliche Gnade. Sie erfolgt *beneficio imperialis excellentię*, doch stellt sie keinen lehenrechtlichen Vorgang im engeren Sinne dar, da Böhmen weiterhin den Charakter eines Fahnenlehens behielt. Der Verfasser der Urkunde hatte nicht lange vorher auf dem Reichstag zu Besançon die Diskussion darüber miterlebt, ob und in welchem Sinne das Kaisertum als *beneficium* aus der Hand des Papstes angesehen werden dürfe. Die Beschränkung des Rechtes, den Kronreif zu tragen, auf gewisse Kirchenfeste erinnert an analoge Bestimmungen in den päpstlichen Pallienverleihungen. In der Tat hat Rahewin nicht unrecht, wenn er das Diplom als *privilegium de usu diadematis aliisque regni insignibus* bezeichnet; von den letzteren ist allerdings nicht ausdrücklich die Rede. Vgl. Appelt, *Böhmische Königswürde und staufisches Kaisertum in: Aus Reichsgeschichte und nordischer Geschichte. Kieler Histor. Studien* 16, 161 ff. Der Anspruch der Přemysliden auf eine Zinszahlung aus Polen geht auf die Zeit Herzog Břetislavs I. (1054) zurück: vgl. *Cosmas in Mon. Germ. Script. rer. Germ. nova series* 2, 101: *urbs Wratizlau et alie civitates a duce Bracizlao reddite sunt Poloniis ea conditione, ut quam sibi tam suis successoribus quingentas marcas argenti et XXX auri annuatim solverent.* — Auf dem Rücken saec. XIV: *Friderici imperatoris, quod ad episcopos Pragensem et Olomucensem spectat coronacio vel alterum ipsorum, quod quinque diebus uti potest rex corona, quod Poloni obligantur dare tributum regi Bohemie.* Vgl. auch die archivgeschichtlichen Be-

merkungen, die Hrubý seiner Edition vorangeschickt hat. Über die verfassungsgeschichtliche Problematik hat Fiala in den Mitteil. des Instituts 78, 167 ff. eingehend gehandelt.

(C.) ☒ In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clemencia imperator Romanorum augustus. ☒ Cum tam lege nature quam scripta bonum¹⁾ operari moneamur ad omnes¹⁾, precipue eos, qui in amministrazione imperii et rei publice veraci consilio et indefesso laboris studio nobis assistunt et pro gloria imperii propaganda strennuissime decertando omnibus inimicorum incursibus et quibuslibet periculis sese obiciunt, specialis prerogativa honoris²⁾ sublimare dignum duximus, ut de virtutum premiis et gloria coronę diffidere non debeant, qui²⁾ legitime certaverint²⁾. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter nos Wadizlao illustri et strennuissimo duci Boemorum ob insignia servicii ac devotionis tam eius quam omnium Boemorum merita honoris insigne, quo avus et ceteri progenitores eius duces Boemię beneficio imperialis excellentię ceteris ducibus preminebat³⁾, circulum videlicet gestandum concessimus et per eum omnibus successoribus^{b)} suis in perpetuum. Decernimus itaque et inrefragabili lege statuimus, ut liceat prefato duci Boemię Wadizlao illis temporibus, quibus nos coronam et diadema glorię portamus, in nativitate domini videlicet et in pascha et in penthecosten circulum portare et amplius in festivitate videlicet sancti Venzelai et sancti Adelberti eo, quod illas sollempnitates propter patronos suos maiori reverentia et celebritate tota Boe[m]ia veneretur. Sicut itaque celebratio^{c)} et impositio coronę nostrę non debet fieri nisi per manus archiepiscoporum et episcoporum, ita prefato duci Boemię a nullo hom[in]um circulus imponatur nisi a dilecto nostro Daniele venerabili Pragense episcopo et Iohanne Olumucense episcopo eorumque successoribus. Quod si forte Olumucensis defuerit, nichilominus Pragensis pro sede et dignitate excellentiori vices compleat amborum. Similiter autem Olumucensis, si forte Pragensis defuerit. Ad hęc predicto duci Boemię et successoribus eius addimus et concedimus censum de terra Polonię, quem antecessores eius duces Boemię a Polonia retro temporibus accipere solebant. Ut autem hęc nostra donatio et constitutio supranominato duci Wadizlao karissimo nostro eiusque successoribus omni tempore rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri iussimus adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina hęc sunt: Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Wicmanus Magdeburgensis archiepiscopus, Hertwicus Ratisbonensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Cünradus Patauiensis episcopus, Otto Frisigensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Heinricus dux Austrię, Fridericus dux Sueuorum, Ludewicus Iantgravius Duringię, Adebertus marchio Saxonie, Otto marchio Missenensis, Otto et Fridericus palatini comites.

☒ Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. ☒ (M.)

Ego Reinaldus cancellarius vice Arnaldi Magontini archiepiscopi et archicancellari^{a)} recognovi. (SI. 2.)

Dat. Ratisbone XV kal. febr., indictione V^a, anno dominicę incarnationis M^oC^oL^oVII^o, regnante domino Fridericho Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius VI^o, imperii vero III^o.

201. a) A b) versehentlich zweimal geschrieben c) A statt celebratio.

45 1) vgl. Gal. 6, 10
2) vgl. 2. Tim. 2, 5.